

www.e-rara.ch

Sancti Iustini philosophi et martyris opera

Iustinus

Lutetiae Parisiorum, 1615

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9781>

Henrici Stephani typographi annotationes in Athenagorae philosophi Christiani orationem de resurrectione mortuorum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

HENRICI STEPHANI
 TYPOGRAPHI ANNOTATIONES IN
 ATHENAGORÆ PHILOSOPHI CHRISTIANI
 orationem De resurrectione mortuorum.

REVERENDISSIMO D. ANTONIO A GRANVELLA,
 Episcopo Atrebatensi, Petrus Nannius S.P.D.

SERIVS quidem quàm volebam, non tamen importunè tibi libellum de resurrectione mortuorum offero. Paschales enim ferix, quibus Christus resurrexit, primitiæ dormientium, solennem habent de resurrectione tractatum: adeo ut quod fortuitò factum est, consilio procuratum videri possit. Non iniquus igitur hac in parte sum meis istis perpetuis negotiis, quæ mihi hanc comperendinationem attulerunt: quanquam aliàs ea satis molestè ferre soleo. Non hîc me vendito de laboribus: id tantum dico, ludum iocumque esse cætera, præut est in philosophis vertendis operam sumere. Habent ipsi suam phrasin etiam in Græca lingua à cæteris scriptoribus diuersam, & à vulgo abhorrentem: tantum abest ut cum Latino sermone conueniant. Hinc est quòd tam pauci philosophos transferunt, atque inter eos qui transtulerunt, paucissimi probentur. Nobis præter ista incommoda id quoque molestiæ fuit, quòd hic noster Athenagoras non in philosophicis rebus, sed in altissimis Christianitatis mysteriis philosophetur: ut qui eum aggrediatur, non minus cum peritissimo theologo, quàm prudentissimo philosopho negotium habeat: idque in re grauissima, nimirum defunctorum corporum resurrectione, de qua cardo ac summa totius Christianæ religionis pender. Nobis porrò non nisi vnicum exemplar fuit, à doctissimo quidem viro descriptum, sed tamen non paucis vitiis infectum, nec mirum. non enim meliora mihi poterat tradere, quàm in archetypo inuenerat, quod vnum superesse aiunt in vniuersa Europa. Vtinam qui nostra legent, prius Græca inspiciant, ut ipsi suapte experientia cognoscant quàm difficile sit huius philosophi linguam intelligere, atque, vbi intellexerint, ita in Latinum idioma refundere, ut nec Græcitatæ peregrinitas, nec philosophicæ spinositatis asperitas appareat: sed obuium quiddam habeat & attemperatum vulgi ingeniis. Nihil mihi tale arrogo, sed me id conatum fuisse non dissimulo. Hermolaus certè ea omnia ad amissim præstitit. hic enim philosophos aliquot cum pauculis scholasticis in diatriba murmurantes in forum & in publicum protraxit, ac luci assuefecit. Cæterum inter elucubrandum semper mihi laborem mitigauit recordatio tui, cogitanti id operis summo viro desudari, cui non minus Ecclesiæ negotia, quàm Casarianarum rerum curæ incumbunt & fœliciter innituntur. Non sentit faber, aut, si sentit, sine animi ægritudine lassitudinem transmittit, quum corona principi suo excudenda eum in labore occupatum tenet. Nec Nannius eam fatigationem duram existimauit, quæ mæcenati suo impenderetur in libello verè aureo, & super omnium gemmarum pretia æstimando. Hîc enim refutantur omnia quæ resurrectionem ambiguam faciunt: afferuntur ea quæ incredulis hominibus velint nolint resurrectionis fidem infigant. Non enim hic Athenagoras noster verisimilibus agit, quæ pronitatem credendi, non necessitatem habeant: sed omnia demonstrationibus communis, omnia inexpugnabilibus rationibus instruit, ut nihil habeat ceruicosa Gentilitas quod opponere possit. Accipe igitur eruditissime & religiosissime præsul, eum libellum qui de basi ac fundamento totius Christianitatis fœlicissimè disceptat, ac Nannium ut soles tua propitia beneuolentia foue. Louanij 13. Calendas Maias, anno 1541.

H. STEPHANVS P. NANNIO S. D.

ANNVS agitur septimus, Nanni, quum ego ex Britannia rediens, Vestram Londaniensem Academiam & te eius columnen celeberrimum inuisi: à quo tempore mihi non iam de nomine duntaxat, sed etiam de facie notus esse cœpisti. Ibi cum de aliis scriptoribus *ἡστυαγόρου*, tum de Athenagora orto sermone, quam de illius exemplaribus spem tibi quidam eripuerant (suum solum in vniuersa Europa antigraphum extare dicentes) memini me non sine magna tua voluptate reddere. Iam enim alterum exemplar illius De resurrectione libelli reperisse me, insuper verò de tertio sperare etiam aiebam. Tuum verò gaudium eo quem paulo post attuli nuntio de inuenta altera eiusdem Athenagoræ oratione, cumulasse me recordor. Cuius itidem vnum præterea exemplar nancisci, non solum in votis, sed in spe etiam mihi esse dicebam. Iam vide Nanni quam non inanis illa fuerit. Vtriusque orationis exemplar vnum, vltra iam inuenta, in manus meas peruenit. Orationis De resurrectione antigraphum in regis Gallorum bibliotheca offendi, quæ est non extra Europam, sed in pago Calliroë Parisiis vicino: alterius autem exemplar Romæ Guilielmus Sirletus vir doctissimus mihi ostendit, & eius copiam perliberaliter fecit. Nunc vtramque ad te mitto, ex mea editione: si non vt volui, certè vt posui emendatam. Atque vtinam nulli mendosiores libri essent. Huius authoris stylum hyperbatis plenum postquam tandem mihi familiarem reddidi, in hac mea editione positis passim parentheses notis, viam lectoribus stravi, & aditum ad quosdam locos qui mihi difficillimus fuerat, illis facillimum effeci. Quas habebam coniecturas in multos prioris orationis locos, in vnum collectas ad calcem libri reiciendas putabam: quia, meo more, nimium religiosus in sequendis meis exemplaribus quàm temerarius in eis corrigendis esse malebam. Sed Gesnerus (ille literariorum laborum Atlas) in suis annotationibus me hoc onere leuauit. Sunt tamen quæ addenda illis existimem, nonnulla. Quinetiam in libellum De resurrectione alicubi meas coniecturas protuli, necnon aliquot locis (quos fortè inter legendas operarum nostrarum formas consideraueram) in tuam interpretationem familiariter & liberè inquisiui. Quod quanto cum fructu fecerim, nescio: illud quidem certè poëtæ Graci verbum verissimum esse scio, οὐ τὸ δὲ ἔργον ἔργον. Vale. Ex Typographeio nostro. X. Cal. Iun.

Pag. 41. d. τοῖς ἀκολάστοις κερμαισμένοι. Infra, pag. 62. τὸ τοῖς ἀκολάστοις ἢ λάτροις φίλον, φάραγμα, &c.

Pag. 44. b. πῶς ἡνδικλὸν βάρπε(αν ἐκείνου.) Hoc, vt opinor, referendum est ad historiam illam quam narrat primo libro Herodotus, de Harpago qui filij sui membra ab Astyage apposite imprudens comedit.

Pag. 45. c. τέτις ἢ κτ' πῶς ἐλάσσου ζώου βροφῶν ἡστυαγόρου.) Puto legendum *ἡστυαγόρου*. vt pag. 47. *ἡστυαγόρου* pro *ἡστυαγόρου*. Hic præterea non malè fortasse ante κτ' addatur ἢ.

Ibid. d. τὸν πολὺν ἐκείνου ὄγκον ἐπισυρχέντα.) Ferri vtcunque potest hoc participium *ἐπισυρχέντα* ab *ἐπισυρῶμαι*. sed, aut valde fallor, aut scriptum reliquit Athenagoras *ἐπισυρχέντα* per *ι*, non *ει*, ab *ἐπιτίπτομαι*. significat enim *ἐπιτίπτομαι* non solum Sternor, Insternor, sed etiam Accumulor. vnde *ἐπισυρχέεις* vel *ἐπισυρχέμενος*, Accumulatus, Congestus. vt ita hîc interpretemur, Et magnam illam molem ad saburrandum ventrem congestam. Suum tamen cuique hîc relinquo iudicium. tolerari enim potest, vti dixi, etiam nostra lectio.

Pag. 46. b. μεταβληκός.) Antea legebatur *μεταβληκός*. sed certior illa lectio ex nomine *μεταβολή*, quoties hac in re vitur, & participiis *μεταβληθείσαν* & *συμμεταβαλλομένων*, quæ proximè sequenti pagina vsurpat.

Ibid. d. (ἡστυαγόρου ἢ τὸ τοῦ συνηθέστερον) κτ' ἄρ.] id est, Ita enim, consuetudinem sequendo, ap-

pelletur. At tu vertis Nanni, Adiciat quoque id vsitatum esse. longè, ni fallor, à sententia authoris discedens, & magnam etiam verbo *ἡστυαγόρου* vim afferens. Nam *ἡστυαγόρου* (sicut & *ἡστυαγόρου* & *ἡστυαγόρου*) non significat Adicere, sed Compellare, Appellare. Vnde & pag. 57. *ἡστυαγόρου*, appellationis, *ὀνομασίας*: non autem adiectionis siue additionis significat. Deinde *ἡστυαγόρου* passiuam & terminationem & significationem habet: adeo vt Latinè quoque tibi passiuo verbo vtendum fuerit. Sed fortasse non animaduersa parenthesis tibi imposuit.

Pag. 48. b. μέρεσι ἢ χροίοις.) In superiori editione legitur, *μέρεσι ἢ χροίοις*. At illam lectionem comprobant cum alij loci, tum qui sunt pag. 42. 48. & 58.

Ibid. d. μὴ μίσηθης.) antea legebatur *μὴ μίσηθης*. quam lectionem in tua interpretatione sequutus es, quum hanc, vt suspicor, non inuenisses. quæ si tibi, vt & mihi, magis placuerit, interpretationem tuam mutare poteris.

Pag. 49. c. οὐδὲ γδ ἔσται.) In margine prioris editionis adnotatum est, *τὸ γδ περίλειπται*. sed adnotatum, opinor, *ἔσται οὐχ ὄψεται*.

Pag. 51. b. ἢ παρὰ φθοράς.) In priori editione habetur *ἢ παρὰ φθοράς*. in veteri codice *παρὰ φθοράς*. Lectionem illam prætuli, sed v sublatam, ob omnino similem eiusdem vocabuli vsum in hoc libello.

Pag. 53. b. τούτοις ἢ συνδαιωνίζουσιν.) Videtur potius impedimento quàm adiumento huic loco esse particula δὲ. Porro gaudet hoc verbo συνδαιωνίζεν Athenagoras: utitur enim & infra pag. 57. item 68.

Pag. 55. a. ὅθεν οἶμαι χελῶσαι δίσχμον.) In veteri codice legitur χελῶ. at ego non dubito quin author scripserit λῶ, per parenthesis οἶμαι addens, ut ferè solet. Id est, Unde (opinor) par erat. Nisi fortè legamus, ὅθεν οἶμαι εἶναι δίσχμον. sed mihi non placet.

Ibid. b. οὐχ ὡς τῆ πάξιν δευτερεύουσιν.) Prior editio negatiuam particulam non habet, quam ex veteri codice posui: ut pro καὶ μάλισσι συνυπάρχουσιν, καὶ ὅτι μάλισσι συνυπάρχουσιν. Non quidem, inquit, quòd ordine sit posterior: sed quia, &c.

Ibid. d. πᾶσιν ἐπιέρησαν αἰτίαν.) Non video quomodo ferri verbum ἐπιέρησαν possit: sed nec ἐπιέρησαν in eius locum reponi qui possit, satis perspicio. quod legisse tamen videris.

Ibid. μηδὲ ἀνίστασθαι.) Hæc quæ sequuntur verba, τρεῖς τὸν κομιδῆ νέους παίδας ἐξόν ἢ πάντας ἀνίστασθαι, in priori editione deerant. ego pro ἢ, legendum aut δὴ aut γὰρ existimo. alioqui perperam suspensa sententia maneret.

Ibid. διαμοῦσιν.) Aliam huius verbi interpretationem desidero. Ais enim, Ipsi quoque æquum censent ut non ob iudicium resurrectio fiat. Quasi verò Deus ex eorum pendeat iudicio, & quid illi æquum esse vel non esse censent, respiciat. Et, ut nihil absurdi ex hac interpretatione sequeretur, dicendum esset διαμοῦσιν οὐ γίνεσθαι, vel potius διαμοῦσι μὴ γίνεσθαι. Sed in hoc genere loquendi locum haberet ἀξιοῦσι: an item διαμοῦσι habere possit, nescio. Quare διαμοῦσι puto vertendum Probant, quasi διὰ διαμοῦσιν. διαμοῦσιν enim latè aliquando pro quibusvis probationibus accipi, satis notum esse potest.

Pag. 56. a. καὶ πρὸς γὰρ ἄλλων.) Vertis, & inter reliqua. at πρὸς cum genitiuo id significare nullo modo queat: imò ne aliam quidem vllam huic loco aptam habere potest significationem. unde fit ut legam πρὸς γὰρ ἄλλων, id est Ante alia.

Ibid. lin. vlt. καὶ διαλυθέντων.) Hæ voces in priori editione non erant: quæ tamen videntur esse necessariae.

Pag. 57. c. καὶ πῶς ἰδύαν.) χαλεπὸν οἰκείαν.

Ibid. d. λογιζόμενοι.) χαλεπὸν λογιζόμενος. Quæ lectio mihi magis placet. ut sit ἐπιζέτω μηδὲς, λογιζόμενος ὡς, &c.

Ib. τὸ μέτρον.) Malim vertere mensuram, quàm Modum. etsi Modus pro Mensura etiam accipitur. sed vitandam esse in interpretatione ambiguitatem, optimè nosti. Quæ sequuntur in tua translatione verba, non inueni quomodo distinguenda essent: ista, Nec mirum, quum non vna sit rerum perdurantium natura: vnumquodque enim pro sua natura perduratiōnem habet: non inueneris in purè incorruptibilibus & immortalibus parem istiusmodi perduratiōnem. Hæc enim verba non satis aptè cum præcedentibus colligari videntur. at sublatis iis quæ de tuo addidisti, optimè cohærebunt, hoc

modo, Neque vnam esse perdurandi mensuram: quia ne perdurantium quidem rerum vna est natura. Si enim secundum propriam naturam vnumquodque perdurantium habet perduratiōnem, non inueneris, &c.

Ibid. ἀπὸ δὲ τῆ αἰσῆ.) Valde me turbauit hîc tua interpretatio, cuius neque per se, neque cum Græcis verbis collata sententiam probabilem inuenire potui. nam quum dicat Athenagoras τῆ αἰσῆ, & τῆ β, nimirum τῆ αἰσῆ καὶ τῆ β ἀφ' ἑαυτῶν καὶ ἀφ' ἑαυτῶν, deinde τῆ β ἀφ' ἑαυτῶν, tu hæc duò & horum duorum ingens discrimen confundis, & quæ duabus diuersis tribuuntur naturis, tu vni humanæ tribuis. Considera diligenter hunc locum obsecro, & vide annon hæc vera sit eius interpretatio, Vtpote quum illæ incorruptibiles naturæ, ab initio immortales creatæ sint, & sola creatoris voluntate sine fine permaneant: homines autem, secundum animam quidem, iam inde à creatione habeant mutatiōnis expertem perduratiōnem: at secundum corpus ex ipsa immutatione incorruptibilitatem assument. Hanc eandem distinctionem apertè etiã declarant quæ sequuntur, vbi ait, Ad resurrectionem respicientes, & corporis dissolutionem (ut quæ hanc vitam consequatur, egestati & corruptioni obnoxiam) expectamus: & post eam, corruptionis nesciam perduratiōnem speramus. Adeo ut neque brutorum morti hominum mortem, nec immortalium perduratiōni hominum perduratiōnem assimilemus.

Pag. 58. b. ἐπὶ πῶς τῆ ἀφ' ἑαυτῶν διαμοῦσιν.) Ex accusatiuo genitiuum faciendum puto: ut legatur, ἐπὶ τῆ ἀφ' ἑαυτῶν διαμοῦσιν. at contrà alibi hæc præpositio genitiuum pro accusatiuo habere mihi visa est.

Ibid. c. ἀδελφὸν τῶ θανάτου τῆ ὑπὸν ὀνομάζουσιν.) Vide in præcedenti oratione pag. 13. ὑπὸν καὶ θανάτου διδυμάου.

Ibid. ἐνεκά γὰρ τῆ ἡρεμίας.) Interpretaris, Ratione quietis. quasi ἐνεκά τῆ ἡρεμίας, idem esset quod διὰ τῆ ἡρεμίας, aut τῆ λόγῳ τῆ ἡρεμίας. quum velut restrictionem quandam denotet: quasi diceret, non vsquequaque similia, sed in iis tantum quæ ad quietem spectant. Malim igitur, Quantum quidem respectu. vel, Quatenus quidem ambo quiescunt, & nihil, &c. Sed & illud non placet, quod quum hîc bellè procedant omnia ex iis quæ in contextu Græco habentur verbis, tu de tuo nescio quæ addideris.

Pag. 60. c. καὶ πρὸς τὸ πέφυκεν ἀχρηστῶν οὐδ' οἶμαι.) Me torfit hic locus, & in eo immoratus sum aliquandiu: sed grande pretium moræ tandem me reportasse existimo. Nam hæc duæ particulae ἀχρηστῶν καὶ οὐδ' οἶμαι quid sibi volunt? quid aliud quàm sententiam alioqui manifestam perturbant? Deinde ista loquutio, οὐδ' οἶμαι φιλοπείρας τὸ ἐθέλειν, qualis erit, & quid significabit? Certè nihil aliud sonare potest, τὸ φιλοπείρας ἐστίν, quàm τὸ φιλοπείρας προσέκει, vel τὸ φιλοπείρου ἀνδρῶν, vel φιλοπείρων ἀνδρῶν ἔργον ἐστίν. Hîc igitur dicit id εἶναι φιλοπείρας, quod sententia ostendit & ratio etiã docet eum velle dicere εἶναι φιλοπείρας. Quid enim aliud, οὐδ' οἶμαι φιλοπείρας (sub. εἶναι) significare possit? At tu quum absurditatem sequi ex

hac particula negativa animaduertes, prudenter eam reiecit: sicut & ᾱ γ̄η̄, quæ sententiam præcedentem impediebant. Sed quid tu pro illis? Nihil. At ego articulum ᾱ reicio, verbum γ̄η̄ respuo, negativam οὐ repudio: verum literas omnes harum particularum, præter vnam, seruo. & ex tribus vocibus vnam, literis seruatim & earum ordine, compono: ex ᾱ γ̄η̄ οὐ faciens ἀγείν. vt post πέφυκεν notetur πελεία στυμῆ, deinde legatur, ἀγείν γ̄δ̄ οἰμοφιλότητος τὸ. &c. Id est, Inutilis enim ambitionis esse puto, velle, &c. aut, vanæ ambitionis. Aut cōmutata forma loquendi, Inutiliter enim, vel, Intempestiuè enim ambitiosi hominis fuerit, velle, &c. Vides quàm parua sit mutatio ex ᾱ γ̄η̄ οὐ in ἀγείν. animaduertis quàm bene fluat oratio cum hac voce: quæ quàm vsitata sit in hoc sensu passim apud authores, non ignoras. Sed & ex hoc ipso scriptore si testimonium requiris, habes locum pag. 40. ἢ ἀγείν φαίνεσθαι. Pro quo etiam sæpe dicunt Græci, ἢ ἀγείν φαίνεσθαι, quo modo & Latini, Non intempestiuum videtur. Quid igitur superest? quid verò aliud quàm vt hanc emendationem approbes? Ac ne putes apud Athenagoram solum huiusmodi menda reperiri: tale est apud Diogenem Laërtium in vulgata editione πρὸς μὲν ὄν πρὸ περιμένον. & contra apud Strabonem, ἢ ἀγείν ποταμὸς, pro ἢ ὄν ὁ ἀγείν ποταμὸς. Et hæc quidem quasi ἐξ ἐπιμέλειου habe.

Ibid. τὸ κατάγειν ἢ διαρῆν νῦν.) Quum mihi aliquantum negotij exhibuisset superioris loci difficultas, vtpote turpiter deprauati: eam excepit hæc non minor, imò verò multo maior, ob errorem quem initio quidem inextricabilem esse credebam: ex eo tamen, ni fallor, me extricavi, & nunc alios itidem extricabo. Igitur quum viderem ex veteri codice adnotatum esse κατάγειν, initio de hoc loco minus laborare, & tanquam aliquid adiumenti ad eum intelligendum allatura illa esset lectio, minus anxius esse cæpi. Sed tandem comperi nihil differre scriptam lectionem ab impressa: nisi quòd hæc nihil prorsus significaret, illa autem significaret quidem aliquid, sed quod longè à sententia nostri authoris remotum esset. Tunc id quo me in aliis locis vsum memineram remedium, huic quoque adhibendum censui: & an ex duabus malis lectionibus bona vna confici posset, tentavi. sed hoc non processit: nihil enim aliud quam κατάγειν, ita efficiebatur. Quum hac non succederet, alia aggressus sum via, & aliquam de meo literam addendam esse cogitavi. Ad dita ergo litera u feci καταγνύειν, tale quid apud Platonem esse putans. Qua de re quum ambigerem, etiam de lectione ea ambiebam: donec tandem in eum quem quærebam Platonis locum incidi. is est in Phædro: vbi ait Socrates oportere in disputando de re qualibet τὸ κατ' εἶδη διατέμνειν κατ' ἀφ' ἑαυτῆς ἢ πέφυκε, ἢ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνύειν μέγιστον μὲν, κακοῦ μαγίστου βόσπυρον γλωσσόνον. Quinetiam ex abundanti locum Ciceronis illic libri mei margini adscriptum reperi, in quo apertè ad hunc Platonis locum alludit. is est in 2. De finibus, vbi cupiditatum diuisio-

nem quam Torquatus libro primo posuerat, reprehendens, ait, Quomodo autem philosophus loquitur tria genera cupiditatum, naturales & necessarias: naturales, non necessarias, nec naturales, nec necessarias? Primum diuisit ineleganter. duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc est non diuidere sed frangere rem. Qui si diceret, &c. Quid aliud sonant apud Ciceronem hæc duo verba, Diuidere, Frangere, quàm apud nostrum Athenagoram καταγνύειν, διαρῆν? nõnne eadem in re vtrobique vsurpata? Opus enim habent (inquit Athenagoras) quæcunque creata sunt, sui creatoris cura: singula autem peculiariter, secundum quod & ad quod à natura edita fuerunt. Inutilis enim ambitio, & vana quædam doctrinæ ostentatio eius fuerit qui nunc frangere aut diuidere, aut sigillatim quid cuique naturæ accommodatum sit, recensere voluerit. Sed ad probandam tibi cæterisque doctis viris meam de hoc loco coniecturam nihil fortasse tot verbis opus erat.

Ibid. d. ἐπὶ τῷ.) pro τῷ τὸν hęc τῷ το reposui, sine mei exemplaris autoritate, cuius lectio, opinor, inter conferendum, aures meas præteruolarat. sed quin ita legendum sit, nemini dubium esse potest, quum referatur ad σωμαφότερον. hæc autem quæ sequuntur verba, λέγει δὲ σωμαφότερον, τὸν ἐν ψυχῆς καὶ σώματος ἀνθρώπων, parenthesi inclusisse debueram. vt & in tua interpretatione feci.

Ibid. linea vlt. εἰ ἢ καὶ τῷ σωμαφότερον.) Hoc est initium periodi (si periodus vocanda est) quam claudit paginæ sequentis versus 19. adeo vt ad illa vsque verba, εἴτε ἀγαθὰ, εἴτε κακά, suspēdatur. Ex tam longo & sinuoso hyperbato vt facillè se expedire posset lector, diligenter parentheses notavi iuis locis. At in tua interpretatione eas notare eodem modo non potui, quia quam noster scriptor per tam longum spatium protrahit periodum, tu aliquot in locis abscindis. Ego ommissis omnibus iis quæ per parenthesin addita sunt, huic orationi pro sinuoso, vt dixi, hyperbato, rectum cursum dabo, hoc modo, εἰ ἢ καὶ τῷ σωμαφότερον φέροι τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρησμένοις δικλῆν ἢ δικλῆν κρίσις, καὶ μὴ τὴν ψυχῆς μόνον δὲ κομισσάσθαι τὰ ἐπιχειρεῖν. ἢ καὶ τῷ σώματος εἰρησμένον, μὴ τὸ σῶμα μόνον. ὁ ἢ ἐν τῶν ἀνθρώπων τὴν ἐφ' ἑκάστω τῷ εἰρησμένων ἀπὸ δέχεται κρίσιν. τῷ τοῦ οὐτε καὶ τὴν δὲ τὴν ζωῆν εὐείσθη συμβαῖνον ὁ λόγος, οὐτε ἢ καὶ θάνατον. ἐν δὲ τὸν πᾶσι τὸ λοιπόμδρον, ὅτι δὲ, &c. Libet etiam meo modo hæc interpretari, his verbis, Quòd si aduersus vtrunque simul (hominem, ex vtroque, anima & corpore compositum) iustum iudicium (Dei) statuit retributionem eorum quæ fecit: & neque animæ soli rependi oportet ea quæ fecit vnà cum corpore, neque corpori soli: homo autem ex ambobus his constatus, singulorum factorum iudicium subit: iam verò hoc neque in hac vita, neque post mortem fieri ratio euincit: Equidem manifestum est omnibus id quod consequitur, nimirum esse necesse secundum Apostolum, vt &c.

Pag. 61. a. διὰ ἢ τὸ πολλοῖς.) Omnino legendum est διὰ καὶ, aut διὰ τε. quarum vocum

utramlibet posuerimus, ad ornatum aliquid, ad sensum nihil faciet. tantundem enim valet *διὰ τὸ*, nulla interiecta huiusmodi particula. Simul autem pro hypostigme ponenda fuerit hypodiatole post *εἶναι*.

Ibid. b. *καὶ μὴδὲν ἐπὶ σάροντος ἢ περτέρας οὐκ ἔστι μορφῆς, ἢ πῶν γε τῶν κινήσεων ἢ περτερωμένων.*) Hæc tu ita reddidisti Latine, Nihilque iam superfit quod vel veterem formam vel naturam, imò ne memoriam quidem eorum quæ facta sunt retineat. Quum autem ita vertis, planè orationem non sine periculo inuertis, quasi videlicet legeretur, *καὶ μὴδὲν ἐπὶ σάροντος ἢ περτέρας οὐκ ἔστι μορφῆς.* Deinde non rectè particulam ἢ πῶν Latina voce Imò interpretaris: ac vim eius si exprimere volebas, particula. Nedum potius vtendum erat. Denique ita vertissem ego hunc locum, Nihilque iam (ipsum corpus) ex pristina natura vel forma, nedum memoriam rerum actarum, seruet.

Ib. d. ἢ πῶν τῶν ἀσφαλέστερον, τὸ δὲ ἀξίον.) Id est, An multo tutius est, existimare. At tu ita vertis quasi legeretur, ἢ τὸ τῶν πῶν ἀσφαλέστερον, ἀξίον, inuertens verba. sic enim interpretaris, An quod multo certius est, existimandū. Non enim statuit, sed quærit an statui debeat tanquam certius.

Pag. 62. οἱ τὸ πᾶσι δουλαγωγοῦντες.) Voce. D. Pauli elegantissima & significantissima vtitur. A me, dum hi libelli excuderentur, Nanni, artificum nostrorum quotidiana opera examine, hæc obiter animaduvertebantur: aliæque nonnulla, quæ, quòd iis locus in hoc octernione non sit, omitto. In istis si perspicax fui, est quod gaudeam: si parum vidi, non est tamen quòd reprehensionem reformidem: quia nihil neque in Græcis neque in Latinis, ex meo sensu, immutavi, sed omnia integra & tuo & aliorum doctorum hominum iudicio seruaui.

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVAE IN Athenagora, Theophilo, & Tatiano continentur.

A



BEIMALVS Tyrionū Rex, 132.a
 Abel à fratre occisus, 105.b.c
 Abimelech Rex Gerarorū, 108.c
 Abortiuus medicamentis vti quantum scelus, 38.c.d
 Adamo cur arbor cognitionis à Deo prohibita, 102.b
 Adonis ab apro vulneratus, 75.d
 Adorandi cultus soli Deo deferendus, 77.
 Adrianus Imperator, 137.d
 Ægyptiorum dij 2.a. cærimoniarū ridiculæ, 14.b
 Ægyptiorum Reges, 129.d.130.a
 Ægyptus vnde nomen suum sortita, 130.c
 Æsculapius fulmine ictus, 75.d. vitæ restitutus, 77.c
 Æsculapij in Epidauro simulacrum cuius opus, 17.b
 Affectionum in animali communio & sympathia, 56.c
 Agamemnon Deus, 1.b
 Agenoris filia à Ioue rapta, 169.a
 Agrauli & Pandrosi ceremoniarū Athenis, 1.b
 Alcæonis matricidium, 162.a
 Alexandri sepulcrum & simulacrum, 29.d.30.a
 Alimonia quid propriè, 47.d
 Amazones bellicosæ, 167.d
 Amenophis Rex Ægypti, 130.a.b
 Amessa Regina Ægypti, 130.a
 Amilcas Deus apud Carthaginienses, 14.a
 Amphiaraus, 33.c
 Angeli cur à Deo creati, 27.b.c
 Angeli ante creatos homines producti, 146.c
 Anima cur genita, 53.c.d
 Animam infundere solius Dei est, 82.d
 Animarum transitus in alia corpora secundum Pythagoram, 121.b
 Animalia quare à Deo benedicta, 95.b

Animus quid secundum Philosophos, 175.b.c
 Antinous speciosus adolescens, 149.c
 Antinoi luci, 122.c
 Antoninus Imperator, 137.d.
 Apollo pastor propter Admetum, 159.d
 Apollo Dionysij & Isidis filius, 31.c
 Apollo futurorum præsciens circa Daphnen falsus est, 158.c
 Apollonij & Apollonidæ ab Apolline, 86.b
 Aqua principium omnium secundum Homerum, 18.b
 Arbitrij libertas, 27.c
 Arbores vitæ, & cognitionis, 101.a.102.a
 Argiuorum Reges, 172.a.b
 Argo dimidiata, 149.a
 Ariadne Minois filia, 86.a
 Arioch rex primus in terra Sēnaar, 107.d.108.a
 Aristæus Chiorum Deus, 14.a
 Assyrij vnde dicti, 106.d
 Assyriorum primi Reges, 108.d
 Astra mobilia quorum hominum typus, 95.a
 Astronomia Babyloniorum inuentum, 141.a
 Atharimus Tyrionum Rex, 132.a
 Attica regio, 138.d
 Attis castratus, 75.d.122.c
 Amasius Cybeles, 147.c
 Augustus Imperator, 137.c
 Auspicia quorum inuentum, 141.a

B

Babylon vrbs prima post diluuium, 106.d
 Babylonica captiuitas, 135.c
 Bacchus, 24.c. Iouis filius, 75.c
 Bacchi & Althææ progenies, 85.c
 Balach Rex Segor, 108.b
 Ballas primus Rex Sodomorum, 108.a
 Barsas Rex Gomorrhæ, 108.a
 Bazorus Tyrionum Rex, 132.a